

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter ingressus in Monasteria Monialium sit prohibitus. punct. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De Voto Religiosa Obedientie.

de superioribus, de quibus immediate ante dixerat, at hi erant episcopi, & regulares prelati, ergo omnes iij his penas comprehenduntur.

21. Tertio dubitatur, qui comitatus, & receptione necessarij sint, ut comitantes, & recipientes monialem inique eges-
sam censuram excommunicationis incurantur. Breiter respon-
deo, debere esse comitatum, vel receptionem, quia cum eges-
sum, vel illius persecutariam foueat, alia non est formalis
comitatus, vel receptione monialis e monasterio egressa: sic
Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regal. quæst. 49. art. ult. Sanchez
lib. 6. sum. cap. 15. num. 72.

22. Advertendum tamen est ad incurandum supradictas
penas egressum a claustrum complectum requiri, quod sufficit
etiam si ad brevissimum tempus fiat. Secus vero si egressus in-
completest, qualiter cense si extra limen claustrum non
touat corpus, sed patrem haberes. Sanchez lib. 6. sum. cap. 15.
num. 6. 8. & 68. & cap. 16. num. 70. Barbola 3. part. de potest. epif.
alleg. 102. num. 30.

P V N C T V M . X.

Qualiter ingressus in monasteria monialium sit
prohibitus.

Constat in monasteria monialium ingressum prohibitum
in cap. periculoso de statu Regular. in 6. ibi. Nulli aliquatenus honestæ personæ, nec etiam
honestæ (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de
illius ad quem pertinuerit scripta licentia) ingressus, vel ac-
cessus pateat ad easdem moniales. Quod decreatum quodam in-
gressum consternauit Trident. in dicta excommunicationis pena,
ibi, ingredi intra septem monasteriorum nemini licet cuiuscumque
generis, aut conditionis, sexus, vel status fuerit, nisi episcopi,
aut superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunica-
tionis pena ipso facta incurenda. Date autem tantum epis-
copos, vel superiori licentiam, debet in casibus necessariis.
Pius vero V. & Greg. XIII. & Sextus V. varias constitui-
tiones nouis penas auctas in favorem huius claustrorum ediderunt:
sed haec non tam prohibent ingressum, quam ingressum pre-
textu facultatis concessæ, & reuocatae, de quarum intellectu
infra aliquid attingemus. Ut igitur haec prohibetur clarus
innoscatur, examinandum singulariter est. Primo, que sine
personæ sub hac prohibitione comprehensa. Secundo, qui
possint licentiam dare ad ingressum, & qualiter haec licentia
concedenda est. Tertio, que causa necessaria sit, & sufficiat
ad praedictam licentiam concedendam. Quartu, que penæ
impositæ sint tum ingredientibus, tum admittentibus, tum
licentiam concedentibus alter quæcum à luce permititur.

S. I.

Quæ sint personæ, quibus ingressus in monasteria
Monialium interdictus est.

S V M M A R I U M .

1. Omnes cuiuscumque conditionis excepto Rege, Regina, &c.
prohibetur.
2. Non prohibetur infantibus.
3. Prohibetur perpetuo amentibus.
4. Quid dicendum de Monialibus licet egressis; Proponitur
sententia Llamas & Sanch. Verius est in nullum mo-
nasterium ingredi posse.

1. Constat ex cap. periculoso de statu Regular. in 6. & ex
Trident. dicto cap. 5. sess. 25. interdictum esse in mo-
nasteria monialium ingressum omnibus cuiuscumque status,
& conditionis sint tam viris, quam feminis, tam laicis,
quam clericis, tam secularibus, quam regularibus, ac etiam
episcopis, vt tenet Navarr. com. 4. de Regularib. num. 39.
Gratian. discept. forens. cap. 39. num. 5. & 20. Suar. tom. 4.
de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 1. in prime. Solum Reges, Reginæ,
eorumque filii, & nepotes tacite excipiuntur. Hi enim non
censerunt sub generalibus verbis comprehensi ob eorum re-
galem conditionem, sed opus est illorum expressa mentione.
Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. num. 3. & cap. 17. num. 5. Quocirca
de triplice personarum genere est aliqualis difficultas; an sit
eis ingressus interdictus, nimirum de infantibus, de amentibus,
& de Monialibus ob necessariam causam à monasterio
egressi.

2. Quod attinet ad infantes, qui vñ rationis non at-
tingunt, manifestum est hac prohibitione non teneri; quia
ipso nullius precepti capaces sunt. Ex quo sit neque monia-
les prohibitas esse illos admittere. Quia prohibito monialibus
facta est accessoria prohibitioni ingredientium, ut ma-

nifestè colligitur ex Trident. dicente, nemini licet intrare
ta Monasterij ingredi. Cum ergo hi infantes nulla ingressus
teneantur prohibitione, neque moniales tenentur illos non
admittere: sic Navarr. com. 4. de Regularib. num. 39. & in sam.
cap. 28. addit. 2. ad num. 14. cap. 25. Azor. tom. 1. in his mor. lib. 1.
cap. 8. quæst. 5. Man. Rodrig. quæst. regal. tom. 1. quæst. 46. art. 1.
Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. num. 5. Barbola 3. part. de potest. epif.
alleg. 102. num. 32. Suar. tom. 4. de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 10.
lib. 6. sum. cap. 15. num. 72.

3. De perpetuo amentibus grauior est debitario: nam
cum ipso astringi non possint præcepto obseruantur monialium
claustrum; eo quod viu rationis careant; neque moniales vi-
dentur obligare illos non admittere sicuti de infantibus
diximus. Verum omnino tenendum est hos amentes exclu-
dendo esse, grauiterque peccatores qui illos in monasteria
monialium introducunt, vel admittunt. Nam ipso sicut ei, &
dormientes habent obligatione ligati sunt, tametsi ob defectum
rationis ab illius obseruatione excusentur: quam excusatio-
nem habere non possunt eos liberè introducere, & admittentes;
sicuti non haberent, si ebrios, & dormientes indu-
cerent. Et forte ea de causa in cap. periculoso sub verbo
passiuo dictum est. Nulli honestæ, vel honestæ personæ in-
gressus pateat; vt sic non tantum libertatem ingredientes; sed
permitentes ingressum comprehendenterentur, & manichæum
est sub persona honesta, vel dishonesta hos amentes intelligi,
qui & monasteria perturbare possunt, & vanis locutionibus
ad malum pronuncare, & ita tenet Navarr. comment. 4. de
Regul. num. 59. Sanch. lib. 6. cap. 16. num. 8. Man. Rodrig. quæst.
regul. quæst. 46. art. 1. Barbola alleg. 102. num. 32. fine Suar. tom. 4.
de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 10. a. num. 3.

4. Tertio dubitatur potest de monialibus licet è mona-
sterio egressis; an licet monasteria ingredi: Et quidem ingredi
in proprium monasterium, in quo claustrum probabile sunt,
nemini potest esse dubium licet omnino esse: si quidem
solum pro necessitate virgine, & licentia in scriptis obiecta
permisum monialibus est extra illud manere; at posse in
alienum monasterium ingredi sive sit ciudem ordinis, & ha-
bitus sive diversi difficultate non caret, eo quod sit ingressus
in monasterio absque licentia. Llamas in methodo curat. in
append. §. 11. in fine exsilitat moniale, que ex uno mo-
nasterio in aliud transfertur; si in via accedit ad locum, in
quo monasterium exsilit sive sit ciudem ordinis, & habitus;
sive diversi, posse ibi hospitio recipi; quia si ingrediens
seruat claustrum ex modo quo potest, recipi causas hanc
obseruationem fount. Ergo nulla est ibi claustrum violatio,
neque credendum est Pontificem hanc ingressum ita honesta-
ti monialis convenientem interdixisse.

Sanch. vero lib. 6. sum. cap. 6. num. 10. supradictam sen-
tentiam admittit comparatione monasterij ciudem ordinis,
& habitus, secus diversi. Mouet; quia comparatione mo-
nasterij ciudem ordinis cessat prohibito; quia est, ne ex-
tranea illuc ingrediantur; at monialis ciudem ordinis, &
habitibus non est extranea a conuentu, sed moraliiter propria
illius. Ergo ingredi potest sive causa hospiti, sive gratia
animi recreandi, aut insuendi moniales. Quia ratio non
procedit in monasterio diversi ordinis, ac proinde in illud
absque licentia ingredi non debet. Hac autem licentia (in-
quit Sanch.) concedi potest, si eo in loco non sit aliquid
hospitium, in quo commode noctem dicere posset; quia te-
ligiocharitas, honestatæ monialis sufficientem causam
pervenit illius licentia concedenda.

Sed hæc Sanch. distinctione mihi non probetur; nam ego
monasterium sit ciudem ordinis, & habitus, cuius est mo-
nialis illuc ingrediens; non inde sit monialis alii profesi-
sionis, & alterius monasterij claustrum obligari esse propriam
illius. Alijs omnes moniales ciudem ordinis, & habitus
possent pro libro qualibet monasteria sua religionis ingredi,
cum sint sub eadem claustrum, quod est omnino falsum. Quo-
circa verius existimo sive monasterium sit ciudem ordinis,
sive diversi non posse moniales illuc ingredi ab quo superio-
ris illius licentia; quia cum non sit illius monasterij, sed
alterius, comprehenditur sub prohibitione concilij interdi-
centis omnibus, qui illius monasterij non sunt, ingressum
in illud. Supradictamque licentiam existimo dati posse, si
eo in loco non adsit hospitium, quo commode noctem dicere
posset; quia ex caufo honestatæ monialis, & decentie re-
ligiocharitas confutat; ac proinde conferi debet legitima
causa licentiam concedendi. Secus vero si monialis causa re-
cuperanda salutis in aliquo oppido existere, velleque causa
animi recreandi, vel moniales insuendi monasterium ingre-
di, ceterum virgine causam legitimam non esse ingredie-

S. II.

Qui possint licentiam dare ad ingressum in monasterium monasteria, & qualiter haec licentia concedenda sit?

SUMMARIUM.

1. Episcopus concedit licentiam in monasterio sibi, sedique Apostolica immediata subiecta, in aliis regulari Praelatus?
2. Qui nomine Episcopi veniant?
3. Qui veniant nomine superioris.
4. Nemini alteri à superiori conuentus huius facultatis concessio delegari potest.
5. Praelati potentes alii concedere facultatem sibi assumere posse ex causa tamen necessaria.
6. In scriptis hac facultas concedi debet.
7. Limitant aliqui in casibus frequentibus, & à iure concedi. Sed non admittuntur limitatio.
8. An causa, quo à superiori expostulari licentia nequit, debeat peti ab Abbatissa, cui nec facultas, nec arbitrium commissum est? affirmant aliqui. Verius est oppositum, apposita quadam declaratione.
9. Primo ingressu licentia absolute concessa finitur.

1. Episcopus in monasterio sibi subiecta, & subiectis immediae sedi Apostolicae hanc licentiam concedit. In monasterio vero exemptis, & regulari Praelato subiectis praelatus regularis. Quod sati erat Concilium dicto cap. 5. sub dysfunctione Episcopi, vel superioris licentiam requiriens, ibi, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, & infra. Date autem Episcopis, vel superiori licentiam debet in casibus necessariis. Non quae veller Episcopum, vel regularem praefatum in qualibet monasteria potestate gaudere concedendi has licentias, sed Episcopum in monasterio sibi, vel sedi Apostolicae subiecta, regulem vero Praelatum in monasterio (ex iurisdictione) Nauar. com. 4. de Regularib. n. 60. Azor. 1. part. lib. 13. c. 8. q. 7. Man. Rodriguez. t. 1. quæst. regular. q. 46. art. 2. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 13. Barboza alleg. 102. n. 40. & 41. Suan. t. 4. de relig. tradit. 8. lib. 1. ca. 10. n. 11. & 12.

2. Nomine Episcopi intelligunt Abbas, Prior, & quilibet alias iurisdictionem quasi Episcopalem habens. Non enim dignitatis, sed officii, & iurisdictionis ex nomine Episcopi pertainat. Deinde intelligentibus venit vicarius Episcopi, & capituli sedi vacante, quia hi sunt ordinati, quibus monasteria subiecta Episcopali iurisdictioni subiectiuntur. An autem debent habere speciale mandatum? Affirmant communiter doctores præcipue quod monasteria sedi Apostolicae immediatae subiecta: nam haec non autoritate ordinaria, sed delegata reguntur ab Episcopo, qua ex designatione vicarius communicari non conferunt: sic Barboza alleg. 102. n. 28. Suan. tom. 4. de relig. tradit. 8. lib. 1. ca. 10. n. 11. testaturque à sacra congregatione decisum.

3. Nomine superioris intelligitur regularis illi praefatus sive generalis, sive provincialis, sive localis, cui monasterium subiectum: quia solum subiectio, & gubernationem Concilium spectauit. Suan. t. 4. de relig. tradit. 8. lib. 1. cap. 10. à num. 12. Sanch. lib. 6. sum. c. 16. n. 15. & 16. Barboza alleg. 102. n. 40. & 41. Abbatissa vero sub illo nomine superioris non comprehenditur, quia illi monasterium absolumente subiectum non est, sed secundum quid quod regimen domesticum: & tradunt pro certo Nauar. com. 4. de Regul. n. 59. sibi convaris ius que docerat. c. 28. addit. 2. ad n. 143. c. 5. Azor. t. 1. inst. moral. lib. 11. c. 8. q. 6. Man. q. regul. t. 1. q. 46. art. 2. Sanch. alii relatis lib. 6. sum. c. 16. n. 22. Suan. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. c. 10. n. 14.

4. An autem praefatus conuentus vices suas committere Abbatissæ vel confessorio possit? Affirmat Nauar. dicto com. 4. de Regular. n. 60. Man. Rodriguez. q. 46. art. 2. in fine. Graffis 1. p. decisi. lib. 4. cap. 13. lib. 6. Sanch. lib. 6. c. 16. n. 22. quia haec potestas iure ordinariae praefato competit: eaque de causa videatur possit eam cuilibet delegare. At verius censeo nemini alteri à superiori conuentus delegari posse: quia Concilium Trident. hanc delegationem videatur prohibuisse, si quidem dixit nullum alium præter Episcopum, & superiore hanc licentiam concedere posse etiam vigore cuiuscumque facultatis, vel indali hactenus concessi, vel in poterum concedendi. Non ergo Abbatissa, vel confessorio haec facultas committi potest: sic sustinet Suan. t. 4. de relig. tradit. 8. lib. 1. cap. 10. num. 14. Quod si obliuia frequenter contingere causas, qui confessorio postulare ingressum, & superior abest: expediet ergo hanc potestatem Abbatissæ communicari. Facile respondeatur affirmando abfque communicatione facultatis illis casibus prouideri posse: si superior eam facultatem ingressum concedat, cui Abbatissa, vel confessorio iudicauerit expedite. Vnde Abbatissa, vel confessorio non committitur facultas, sed cause

iudicium, vt facultas à superiori concessa habeat effectum. Si vero virgines, ex illis verbis concilij inferri neque Pontificem posse Abbatissæ, vel confessorio, vel alteri ab Episcopo, & superiori conuentus hanc facultatem concedere, cum concilium generaliter loquatur, negandum est, quia pars in parente non habet imperium: neque enim Concilium volunt, nec potuit Pontificem hanc potestare priuare, sed voluit, vt nunquam à Pontifice talis commissio fieret: sic Suan. d. cap. 10. n. 4.

5. Rursus Episcopus, vel Praelatus, qui possunt aliis licentiam ingrediendi concedere, & sibi concedere possunt ex causa tamen necessariis: rum quia secundum dispensare possunt, sicut possunt cum subditis: rum quia illa non tam est dispensatio, quam vltis licentia à iure conceditur: dum denique quia sic decidit Greg. III. in bulla incipiente Dubiis que emergunt edita anno 1581. Decembr. 25. caueretur in dicta bulla eos debere ingredi à paucis, & senioribus associatos: & ita trans Nauarr. lib. 6. consil. tit. de statu Monach. conf. 6. alia 9. Man. Rodriguez. t. 1. quæst. regul. q. 46. art. 5. Azor. t. 1. p. inst. moral. lib. 13. cap. 8. q. 9. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 25. Barboza alleg. 102. n. 43. Extendendaque est hac doctrina ad omnes illos, qui ex delegatione haberent potestatem dispensandi ad huncmodi ingressum absque perfonarum limitatione, vel cum limitatione personarum, sub quibus ipsi comprehenduntur: Hi enim possent secundum dispensare, sicuti cum aliis, vt bene aduerit Sanch. n. 26. & 27.

6. Modus autem quo haec licentia concedi debet prescribitur à concilio, vt sit in scriptis, vt hac ratione rarius, marioriisque consideracione concedatur. Quocirca sine dubio existimo peccatum mortaliter, & in excommunicationem à concilio statutum incidere, qui licentia ore tenus concessa contentus monialium monasteria ingredetur, cum posset licentia in scriptis obtinere. Neque enim existimandum est qualitatem scripturarum tanquam rem leuem, leviusque considerationis à Concilio, & Pio V. expostulari: sic sustinet Llamas in methodo curas. in append. §. 6. in fine. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 32. Quod adeo verum est, vt si superior generali licentiam ingrediendi concedat omnibus illis, quos Abbatissa, vel alius tertius ingredi necessarium esse iudicauerint, debet in scriptis hanc concessionem facere: quia illa concessio est vera licentia pro ingressu. Secus dicendum est de iudicio necessariis ab Abbatissa factis: quia illud iudicium non est licentia, sub conditione, vt licentia à superiori concessa effectum habeat: ac proinde scriptura non indiger: sic sustinet Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 18.

7. Hanc conclusionem limitat Llamas supra, & frater Ioan. de la Cruz. lib. 1. de statu Religioso. cap. 5. dub. 2. concil. 3. notab. 3. Barboza alleg. 102. num. 57. & in remissione concil. dicti cap. 5. circa finem, vt non procedat in casibus frequenter occurrentibus, & à iure concessis, quales sunt ingressus medici, confessoris, visitatoris, artificis, & similium. Ceterum verius existimo pro his omnibus licentiam in scriptis necessariam esse, si commodè obtineri potest: quia concilium absque illa acceptatione pro casibus necessariis licentiam in scriptis requiriuit. Et licet ingressus medici, confessoris, visitatoris, artificis à iure concessus sit, quando adeo necessitas, ut hanc examineat, & approbat Episcopo, vel superiori conuentus competat: Preterquam quod sapienter hanc licentiam aliquibus ex his ministris negare: quia suspecti sunt, alii tamen concessa. Merito ergo in tali approbatione scriptura interuenire debet, vt sic cum maiori consideratione concedatur: sic Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 33. Dixi si commodè in scriptis obtineri licentia potest, ut excluderem casum, quo ex expectatione dicta licentia gravis damnum timeretur. Non enim lex humana cum ex rigore obligat, time nec obligaret licentiam ore tenus expectare, si ex illius expectatione periculum esset gravis damnum: sic Nauar. com. 4. de Regularib. n. 60. Graffis 1. p. decisi. lib. 4. cap. 23. n. 6. Sanch. lib. 6. sum. c. 16. n. 34.

7. Sed ad eo casu, quo à superiori expectari licentia nequit, debet ab Abbatissa expostulari, difficultate non carerit: Et quidem si Abbatissa commissa sit facultas licentiam concedendi, vt committi potest iuxta probabilem aliorum sententiam, vel secundum nostram concessa sit à superiori facultas iis, quibus Abbatissa necessarium esse iudicauerit, certum est hanc facultatem: vel hoc arbitrium ab Abbatissa esse expostulandum, vt licet fiat ingressus ex superioris licentia. At si nec licentia, neque arbitrium commissum Abbatissa sit, variant doctores: an eius consensus sit expostulandus: Affirmant expostulandum esse. Man. Rodriguez. t. 1. regul. q. 46. art. 2. in fine. & q. 47. art. 4. in fine 1. Sanchez lib. 6. sum. cap. 16. num. 37. Mouentur: quia credendum est praefatum pro his casibus urgentibus, quibus consuli non potest, vices suas Abbatissa commisit, vt sic maiori cum decentia ingressus fiat, & quoad fieri potest, lex de præmitenda licentia obseruetur. Sed contrarium verius existimo, eo quod Abbatissa haec facultas committi non posse, vt ex Trident. probauimus. Et licet committi posse arbitrium, seu judi-

cium de legitima causa, id non postulat Abbatissæ officium, cum cuiuslibet alteri singulari committi possit. Non igitur postulanda est illius licentia, & ita docent Nauarr. comment. 4. de Regul. n. 60. Graff. i. p. decif. lib. 4. cap. 23. n. 6. Verum eti hoc ita sit, confessus tamen Abbatissæ cuiuslibet ingrediendi etiam ex licentia superioris inscripti obiecta est necessarius, quia cum Abbatissæ regimen conuentus commissum sit, non est credendum superius, in contra eius voluntatem licentiam alii concedere illuc ingrediendi.

9. Denique adverte, licentiam absolutè concessam ad ingrediendum monialium conuentum primo ingressu finiti, nisi aliud exprefse in concessionē declaratur; quia est dispensatio aduersus clausuram iure communī statutam; ac proinde si tē est interpretandā late probati tract. 5. de legib. diff. 4. punct. 14. n. 5. & tradit de cūlū Aloys. Riccius praxi rerum fori Ecclesiast. decif. 649. alias resolut. 545. Barbola; p. de potest. episc. alleg. 102. n. 59.

S. III.

Quæ causa necessaria sit ad predicatam licentiam concedendam.

SUMMARIUM.

1. Quid in hac re ex Pontificis decretis constet?
2. Quæ necessitas sufficiat & expunduntur necessitates ex parte conuentus.
3. Pro exhortatione facienda suffragiisque suscipiendis in elezione Abbatissæ non est legitima causa ingressus.
4. Non licet ingredi pro benedictione moniali, nec pro ministracione Eu. huius extra morbum.
5. Pro necessitate moniali ingressus licet, sed non debent annals admitti pro necessitate monialis direttæ, non autem pro necessitate conuentus.
6. Pro administratione sacramentorum moniali infirmi facienda.
7. Qualiter sacerdos ingredi debet; potest dicere saerum in infirmitate.
8. Ob sepeliamoniale qui ingredi possunt?
9. Qualiter medicus, pharmacopola, minor sanguinis & alij similes ingredi possint.
10. Ob consolandom moniale in extremis non licet matri, nec alia cognata ingredi.
11. Quid de sutoribus, & sutoriis?
12. Cessante causa ingressus illico excludendum est.
13. Excellenter Episcopi, & superioris possunt puellæ educanda ingredi.
14. Nuptiæ ingredi non possunt nisi ob timorem scuittie.
15. Viadus, ut vitam ibi degant nequit ab alio prater Romanam Pontificem licentiam concedi.

1. Bonifac. VIII. in dicto cap. periculo, de statu Monach. bin. 6. causam rationabilem, & manifestam expostulavit, manifestum inquam non populo, sed licentiam concedenti, vt docuit Man. Rodriguez. t. 1. quæf. regul. q. 45. art. 4. vers. circa causam. At Trident. supradictum decretum declarans, vel limitans eam causam iudicauit rationabilem, quæ necessaria est. Idemque tradidit Pius V. & Greg. XIII. in suis constitutio[n]ibus. Quanta autem debeat haec necessitas neque Concilium, neque Pontifices definierunt, neque commode definiiri poterat, cum ex casibus particularibus, eorumque circumstantiis dependeat; idque reliquerunt arbitrio prudentis. Illud vero est certum, neque requiri extreman, neque strictissimam necessitatem, sed grauenisse, cui moraliter succurrat non potest absque monasterii ingressu: sic Eman. Rodriguez. t. 1. quæf. regul. quæf. 46. art. 4. Ludovic. de Miranda Manuel. prelat. t. 2. in fine tract. de sacris monialib. q. 2. art. 4. concl. 2. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. n. 17. Sanc. lib. 6. sum. cap. 6. n. 40. Barbola alleg. 102. n. 48. Placebat tamen minorem causam requiri pro ingressu feminarum, quam virorum, & pro ingressu diurno, quam nocturno; quia minus est indecens, & pro ingressu matris, sororis, alteriusve consanguineæ, quam extraneæ: quia magis pietatem concinit, & pro ingressu in priora receptacula, quam in officinas interiores, & cubicula quia minus clausuram offendit. Mandata q. 46. art. 4. Sanc. lib. 6. sum. 6. 16. n. 40. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 17.

2. Hac igitur necessitas, ex qua licentia conceditur, potest esse necessitas totius conuentus, vel singularium monialium, vel exterorum ingredientium, quounque modo contingat, praestat legitimam causam dispensationis. Ut autem haec clausus innocentia, & ne licentia plus iusto coactetur, vel excludatur, sigilla in aliqui causas enumerandi sunt. Ex parte conuentus citr sufficiens causæ, si artifices ad illius reparatio-

nem ingrediuntur: sic Nauarr. com. 4. de Regul. n. 49. Minand. manual. prelat. t. 2. tract. de sacris monialib. q. 2. art. 7. concl. vni. ea. verl. septimus casus. Barbola alleg. 102. n. 56. Item si aliqua quod per moniales commode præstat non potest. Barbola alleg. 102. n. 56. Sanc. c. 2. 16. n. 56. Item si pro planctando arboribus, horto rigando, & excolendo ester ingressus: quis n. 55. Sanc. num. 56. Item si pro expeditione aliquis nego[ci]i, scriptura in archivis recondita querenda est: ab economo monasterij, potest illuc ingredi: quia nec conuictus clauem fidere monialibus, nec ipsa regulariter apta fuit h[ab]ere inquisitioni. Llamas in method. curat. in appendice §. 6. Sanc. dicit. 1. 16. n. 55. Item ad expellendum malefactorem illi comman-tem non solet iudici, sed cuiuslibet ingressus: dedecet enim maximè illum in societate virginum esse. Neque obstat inde eius vitam periclitari: eo quod ex clausura extractus detur in carcere; quippe immunitate Ecclesie non gaudent quia id est per accidens; neque enim moniales tenent cum diminutione sui honoris malefactoris vitam uerbi, neque si[lo]lus aliis debet illius vitam praeferte monialium honestat[em] & religiositatem: sic Sanc. lib. 6. c. 16. à n. 57. Quocunq[ue] si malefactori prodest Ecclesia, solum licitum est iudicari, & cuiuslibet alterius illum ex clausura extrahere in Ecclesia relinquendum, ad quam actionem licentia Episcopi, vel superioris conueniens expostulat: quis si negetur iniuste, non debet iudex propria autoritate ingredi; vni enim monasterio est ingressu infert. Ad si manifestum sit, malefactorem Ecclesia immunitate non gaudent, & potest index pertinere superioris licentia monasterium ingredi; tam ad expedientem malefactori confessionem, tam ad ducentum illum in carcere. Quod si superior pertinet licentiam negauerit, quia negatur iniuste, ea omnia potest index utens iure illi ingredi. Sanc. dicit. 1. 16. n. 58. Item ex parte conuentus est sufficiens causa ingressus superioris visitatio, constat manifeste ex bulla Gregor. XIII. id superioribus concedentis, ea tam conditione, & paucis, itaque senioribus, ac religiosis personis associatis ingrediantur. Vnde possunt, & debet ingredi cum secretario, & visitationem denunciant, edicta proponant, exhortationem pro visitatione habent: decent enim haec exculpi extensis coram solis visitandis fieri; ac proinde in monasterium capitulo. Quod à fortiori procedit: pro publicanda visitatione, culpisque puniendis. Item ingredi licet ipsi superioribus cum secretario ad videndum, an omnia monasteria redit[ur] habeant, sit ne clausura reparata, cellæ monialium, earumque suppelle[nt]ia religiosæ pauperari, & honestat[em] decennia, officia, & dormitoria propter religiosas expedit, & familiæ. Quia haec omnia in bonum conuentus diriguntur, & pro visitatione expedienda maxime necessaria sunt. Sanc. lib. 6. sum. 1. 16. n. 54. cum Llamas method. curat. in appendice §. 7. Barbola alleg. 102. n. 45.

3. Hanc legitimam causam ingressus extendunt alii pro extortione facienda, suffragiisque iaceptiendis in electione Abbatissæ, quia non decent haec, sicut nec visitationis deputatio publice fieri. Sed immergit[ur] hanc admittunt excessio[n]em: cum expres[s]e Tridentin. sess. 2. c. 7. de Sacram. dicitur: qui electione praest. Episcopus, siue alius superior clausura monasterij non ingreditur, sed ante cancellorum festi stallam vota singularium audiat, & vel accipiat. Quia verba eius clarè praetextum non continentur, denotant tamen manifeste non esse causam legitimam ingressus electionis Abbatissæ praeselle, cum totum id extra clausuram ianuis Ecclesie clausa fieri possit: sic Nauarr. tom. 4. de Regularib. n. 59. Man. Rodriguez. t. 1. quæf. regul. q. 46. art. 5. Ioann. de la Cruz de statu religiol. lib. 1. c. 5. aub. 2. concl. 3. Mirand. manual. prelat. t. 2. in fine tract. de sacris monialib. q. 2. art. 11. cond. 2. Sanc. lib. 6. sum. cap. 16. n. 50. Barb. alleg. 102. n. 46. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 2. Verum si ob inquietudinem monialium, & subornationis periculum, vel ob aliam causam superiores iudicent opus esse monasteriorum ingredi, & in illius capitulo electione facere, possunt utique. Quia Concordium dicto cap. 7. non reuocauit ingressum necessarium in e[st] permisum, sed declarauit solam electioni assidentem non esse causam necessitatis: sic Nauarr. Ioann. de la Cruz Man. Rodriguez. Barbola. Sanc. Suar. nuper relati.

4. Ex his à fortiori constat, non esse sufficientem ingressus causam moniale[m] benedicere, & consecrare, cum hoc ad fenestras Ecclesie possit commode fieri. Sic relato Man. Rodriguez. q. 47. art. 10. docet Sanc. dicit. cap. 16. n. 52. Idemque est pro ministrando sacramento Confirmationis, cum possit in loco receptioni Eucharistia designato ministrari: si tamen pro infirmitate illuc monialis accedere non posset, periculumque ester absque illo sacramento decadendi, possit Episcopus ingredi, quia iam est causus necessitatis Sanc. num. 53. Denique pro communi exhortatione facienda ianuam nunquam existimo licere ingressum, cum sat[is] apta ad fenestras ianuas Ecclesie clausis fieri possit.

Item

5. Item ex parte conuentus est legitima causa ingressus, si moniales indigent ad infirma domus officia, & ad curandas infirmas feremus ieritricibus: sapè enim moniales choro destinatae non valent iis officiis incumbere, & cum non aliunt laicæ, seu conuerse, per quas commodè prestari possint, opus est has famulas recipi: debent tamen recipi sub conditione seruandi claustram: sic Man. Rodrig. tom. II. q. 9. regul. q. 46. art. 7. & seqq. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 65. & 66. Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. cap. 10. num. 18. & 19. Barbola allegat. 102. num. 60. An vero pro priuatis monialis ministerio admitti possint hanc nullam? Affirmat Sanch. n. 66. eo cau quo persona nobilis esset, & grāque valeudinis, aut nimis senectatis, nec satis per famulas monasterij, seu laicas consiliū potest. Ceterum existimò directe ob nullum monialis ministerio recipi ancillas posse, sed omnes recipi debere, ut conuentu inferuant, qui obligationem habet infirmis confundendi. Quod si id præstare non possit per receptas, possunt aliae recipi, et ea intentione recipiantur, ut famulæ alieci singulari applicentur Suarez tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. cap. 10. num. 20.

6. Ex parte vero singularium monialium, quarum necessitatis remedii in bonum conuentu redundat, dantur plures casus, quibus licitus est ingressus. Primo si moniali agrotanti ministrandum est sacramentum confessionis, Eucharistie, vel extrema uocatio. Et quidem si adit periculum mortis, nemini est dubium licere; imo superiore ad eum ingressum obligari, cum non possit alter ea sacramenta necessitatis sibi subditæ ministrare. Secundo vero hic extrema necessitate licet ingressus ob ministrandum infirmam sacramentum confessionis, & Eucharistie, quoties ex prescripto regulæ alii monialibus ministratur; quia ob infirmatum deterioris conditionis esse non debet, cum eo tempore magis indigat. Item illis temporibus, quibus solita erat upradicta sacramenta frequentare, poterit frequentare infirma; quia sequum non est ob subdito tempore maioris necessitatis priuati: sic Man. Rodrig. tom. I. q. 9. regul. q. 47. art. 4. Miranda manuel. pralat. 1. tract. de sacris monialib. q. 2. art. 7. Barbola alleg. 102. n. 49. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 45. & 46.

7. Ad hac sacramenta ministrandam cum sacerdos ingreditur, ingredi debet induens alba, seu superpellicio, & stola, & duobus, vel saltem uno loco comitatus, vt cauerit ab Vibrio IV. in reg. monialium S. Clara cap. 7. & tradit. Sanch. Man. Miranda, & Barbola suprà. Imo licitum est sacerdoti sic ministrando sacramentum ad eum finem sacram in infirmitaria facere; quia eo facto decentius sacramentum infirmis ministratur, quam si ex Ecclesiæ custodia deportetur, specialiæ consolatione recerantur infirma sacrum audiendo: sic Mand. dicta q. 47. art. 4. & 2. dub. Mirand. tract. de sacris monialib. q. 2. art. 18. concil. 2. Barbola dicta alleg. 102. n. 49. Insuper licet sacerdoti ingredi, vt monialem in extremitate constitutam piis exhortationibus adiuverit, illius serupulos, perturbationes ledet, indumentum enim maximè hoc ministerium moritur. Llamas in method. curat. in append. §. 6. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 48.

8. Secundo moniali obiectu licitus est ingressus omnium illorum, qui ad aperiendam sepulturam, illamque coaptandam, deferendum defunctæ corporis, officiumque sepulture execendum necessarij fuerint. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 45. Barbola alleg. 102. n. 50.

9. Tertio ob errandam monialem infirmam potest mediatis ingredi, sed absque famulo; si vero infirmitas gravis sit, expeditiæ plures medicos conuocari, omnes ingredi possunt; quia est casus necessitatis. Barbola alleg. 102. n. 52. Sanch. lib. 6. cap. 16. n. 43. Pharmacopœia autem raro licet ingressus, cum possit portionem extra claustram preparare, & mediatis monialibus infirmæ porrigitur. Si tamen aliquando opus sit moniales docere, quomodo medicamenta aliqua preparanda sunt, vel asservanda, idque non possit præstare extra claustrum existens, posset claustrum ingredi, quia est mortalis necessitas; sic expresse Sanch. dicto cap. 16. n. 56. Quarto, ingredi potest ob eandem causam secundi monialem minorum fanguinis seu barbitoniorum, & Chitungus; quia est officium infirmæ satis necessarium; nec illud valent moniales exercere. Sanch. n. 43. Barbola num. 14.

10. Quinto de matre, sorore, aliisque consanguineis dubitate quia possint; an causa iuveniendi monialam morti proximam, camque consolando ingredi possint? Sed in hac parte decisionem negatiam habemus à facta congregatio, eo quod illa visitatio porus mortuum cauerit, quam solatium, mentem monialis distrahit, & in amore Dei repescere faciat: sic Man. Rodrig. tom. I. q. 9. regul. q. 46. art. 11. Mirand. manuel. pralat. tom. 1. tract. de sacris monialib. q. 2. art. 4. Barbola alleg. 102. n. 68. Ioan. de la Cruz lib. 1. de statu religio-jo. cap. 5. dub. 2. concil. 3. & alijs.

11. Sexto de factitibus, qui vestes sarciant, & de tutoribus qui calceos suunt, est dubium an legítimam habeant ingressus canant? Negat de vtilitate Barbola num. 55. quia tam vestes, quam calceos metiti ab extra possunt. Sanch. dict. cap. 16.

n. 43. Huic sententiæ consentit pro tutoribus, quia absque ingressu possunt de calcementorum mensura certiores fieri, vel osteno calceo, vel declaratis punctis. At pro factitibus reprobat cum Nauari. Com. 4. de Regular. n. 59. quia exultimat monial vestes commode aptari non posse, nisi immediate corpus dimicantur. Ergo vero existimò nec his ingressum necessarium esse, nam esto debeat corpus meriti, & panum forcipibus preparare, præstare id possunt in limine claustræ, ita ut nec monialis egrediatur, nec ipsi ingrediantur.

12. Qui vero ob predictas necessitatis monasteria, ingrediuntur, illis celantibus exire illico debent. Quia celat finis concessionis, & præcepti dispensationis. Sed hoc non est ita strictè & rigorosè intelligendum, vt quilibet brevis mora peccatum mortale constutar; quia haec præcepta morali, & non metaphysico modo sunt intelligenda. Debet ergo mora esse diuturna, vt ex se pateat in fraudem legi fieri: sic Ludovic. de Miranda manual. pralat. tractat. de sacris monialib. quest. 2. art. 10. Barb allegat. 102. num. 59. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 68. Man. Rodriguez 1. 1. q. regul. q. 47. art. 11. & alijs.

13. Ex necessitatibus ingredientium defundi itidem potest sufficiens causa ingressus. In hoc ergo ordine primum locum obtinent puellæ in monasterio educanda, vt sic religioni afficiantur, illiisque habitum suscipiant, fin minus virtutibus instruta nubant. Posse inquam ob hanc causam ex licentia Episcopi, vel superioris, Abbatissæ, & maiori parte conuentus consentiente has puellas admitti docent pallium doctores testanturque à sacra congregatio decimum Man. I. 1. quest. regul. q. 46. art. 10. Sanch. lib. 6. sum. c. 16. num. 61. Suar. I. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. cap. 10. num. 21. Barbola alleg. 102. num. 62. & alijs plures apud ipsos. Aliqua tamen conditiones ex sacra congregatio pro his puellis recipiendis seruandæ sunt teste Man. Sanch. Suar. & Barbola suprà. Prima est, ne monasterium habeat statutum in contrarium; quia illud obseruanandum est: eaque de causa si numerus statutus est, ultra numerum recipi non possunt. Secunda, vt adit licentia Episcopi, vel superioris conuentus in scriptis, confessusque Abbatissæ & majoris patris monialium. Tertia, ingredi debent sine an, ciliis obligatae claustrum obseruare, ita ut inde exire possint, nisi non reueatur. Verum si ob agititudinem curandum ex licentia Abbatissæ, & conuentus exierint, noua superioris licentia, nonneque Abbatissæ, & monialium consensu accedente recipi possunt. Quarta, debent vti vestibus, qua virginalii pudori conueniant. Quinto, ne inhonestè vixerint, præcipue si monasterium non est solitum similes recipere. Sexta, vt quilibet semestri eis anticipata soluatior portio pro alimentis. Septima, vt locum habeant separatum à reliquis monialibus, & novitiiis ad dormendum, & laborandum. Octaua, ut recipiant minores septennio, nec maiores 25. eo tamen tempore accedente deber puella vel habitum religiosum suscipere, vel ad domum paternam reuertere, ad idque compelli potest ab Episcopo, vel monasterij prælato cum designatione temporis.

14. Secundo, succedunt mulieres nupræ, quæ separatae à marito viuant. Sed haec nulla ratione admitti possunt alij que Pontificis dispensatione, vt eo loco virtutibus infraeuntur, quia hic ingressus non tam necessarius, quam utilis iudicatur: Mirand. manual. pralat. 2. tract. de sacris monialib. q. 2. art. 8. conclus. & concil. allegat. 102. n. 66. Si vero ob timorem lassitudinis ad monasterium configant, recipi possunt ex licentia superioris, & Abbatissæ, monialiumque consensuq[ue] ita v[er]o obvniuiturdeeturque casus summæ necessitatis, & debitæ charitatis, sicutque à sacra Congregatione referunt decimum Man. Rodriguez. I. 1. q. regul. q. 69. art. 10. declarat. 13. quamuis in 14. videatur contrarium de dicto Tho. Zerola prax. Episcop. I. p. verbo monialib. q. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 64. Ioan. de la Cruz lib. 1. de statu relig. cap. 5. dub. 2. concil. 3. Barbola alleg. 102. n. 66. Debent tamen feruare conditiones pro puellis educandis appositæ: vt tradit. Zerola, Sanch. Ioan. de la Cruz & Barb. loc. alleg.

15. Tertio, testar dicendum de viduis, an in monasterium recipi possint, vt vitam honestam, & à secularibus separatis degant. Quia in te omnino tenendum est, Episcopo, vel monasterij Prælato nullatenus permisum esse facultatem concedere ad hunc ingressum, sed Pontificis indulgentia opus est. Quia casus non necessitatis, sed vitilitatis iudicandus est; ac proinde sub pœnitentia Episcopi, vel superioris monasterij non cadit, sic referunt decimum Man. Rodriguez. I. 1. q. regul. q. 46. art. 10. Sanch. lib. 6. sum. c. 16. n. 64. Barbola alleg. 102. n. 67. Suar. I. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. c. 10. n. 11. & alijs.

§. IV.

Quæ pœnae impositæ sint ingredientibus monialium clausuram.

S V M M A R I V M.

1. Quid statuerit Trident.
2. Quid Gregor. XIII.
3. Quæ veniant intellectu nomine monialis?
4. Quid nomine dignitatis, & officiorum, quorum primatio imponitur.
5. Quæ pœna imposuit Gregor. XIII. Pralatis iniquè ingredientibus.

1. **V**ariae pœnae tum violentibus monialium clausuram, tum ad illius violationem cooperantibus impositæ sunt.

Primo imposta est à Trident. *sess. 25. cap. 5. de Regulari excommunicatio non reserata aduersus ingredientes monialium monasteria sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obiecta. Quæ excommunicatio ex parte perfornatum generalis est, cum afficiat quolibet ingredientes cuiuscunq[ue] generis, conditionis, sexus, vel status fuerint. Episcopos autem, vel superiores monasterij non videbat afficeri: quia ipsi non debent à se licentiam in scriptis obtinere. Debet item hæc licentia in scriptis obiecta legitima esse (hoc est non vi, vel dole impetrata, neque ex falla causa) alias utpote irrita, & nullius effectus excommunicacionem non impedit: sic late probat Sanch. lib. 6. *sum. 16. num. 73.**

2. Deinde Gregor. XII in bullæ incipiente, *vbi gratie, edita Idibus Ianuarii anno 1575. pœnam excommunicationis referuntæ imposuit aduersus monialium monasteria ingredientes prætextu facultatis à sede Apostolica hactenus concessæ, Abbatissas vero, nec non Abbatibus conuentus, ac aliis monasteriorum virtusque sexus superioribus, & perfonis quoque nomine vocatis, qui prætextu supradictæ facultatis ingressum fouent, vel permitteant, ultra pœnam excommunicationis referuntæ imponit pœnatio dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitas ad illa, & alia in posterum obtinenda. Sed his pœnis iam non est locus: cum nullus sit, qui prætextu facultatis à sede Apostolica ante Gregor. concessa, & ab ipso reuocata, monasteria monialium ingredentur, ut bene notauit Suarez *tom. 5. de censur. disp. 22. sed. 6. n. 14.* Quia de causa Greg. in eadem bullâ subdicit, eisdem pœnis excommunicationis referuntæ, priuationis dignatum, & beneficiorum, neconon inhabilitas ad illa, & alia in posterum obtinenda omnes, & quascunq[ue] personas Ecclesiasticas, & saeculares, ac etiam ordinum quorumcumque etiam mendicantium regulares, qui prætextu licentiarum ab Episcopo, vel à superioribus (quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilij Trident. facultas tribuitur) monasteria monialium pro libito, & non necessitatibus urgentibus dumtaxat ingrediuntur. Moniales vero præfumentes supradictos admittere eisdem pœnis afficit. Quæ sunt valde noranda, quia paucum contingere possunt. Unde si prætextu facultatis ab Episcopo, vel superiori concessa etiam ex legitima causa, monialium monasteria ingredientis ex causa deficiente, supradictis pœnis afficeris, quia iam ingredieris ultra necessitatē virginitatem prætextu facultatis concessa: sic Suan. *tom. 5. de censur. disp. 22. sed. 6. num. 14.* Sanch. lib. 6. *sum. cap. 16. n. 90.* Neque has pœnas limitatae sunt ad ingredientes prætextu facultatis ab Episcopo, vel superiori concessæ tempore Greg. & non ad ingredientes prætextu facultatis postmodum concedenda. Quia Greg. nullum fundatum præbuit huius limitationis, sed potius significauit: facultatem concessam, & concedendam comprehendit: siquidem generaliter dixit: Ne prætextu licentiatum ab Episcopo, &c. neque ibi eam facultatem reuocauit, sicut reuocauit à sede Apostolica concessam, Sanch. *dict. cap. 16. n. 76.**

3. sub nomine monialium, quibus interdictu sub prædictis pœnis excommunicationis, priuationis, & inhabilitatis, ne sic ingredientes admittant, non solum moniales subditæ, sed præcipue prælatorum, & quibus regimur, & cura monasterij incumbit, intelliguntur. Quia quando materia prohibitorum æquæ subditis, & prælatorum aptatur, sub nomine monachorum, & monialium Abbas, & Abbatissa veniunt. Idemque est, quando materia bonum religionis, salutemque animæ concernit; ut multis exornat Sanchez lib. 6. *sum. cap. 16. n. 91.* Sed admittere ingredientes æquæ Abbatissæ, & Priorissæ aptatur, ac reliquo subditis, immo efficacius. Ex alia parte hæc lex bonum religionis, salutemque spirituali monialum concernit. Ergo sub illa Abbatissæ, & Priorissæ comprehenduntur. Deinde nemini alteri ab Abbatissæ, & Priorissæ competere potest pœna priuationis dignitatis, & officiorum, ergo ex illius

impositione non leue argumentum desimunt voluisse Pontificem Priorissæ, & Abbatisse comprehendere: sic docuit Sanch. *dict. cap. 16. num. 91.*

4. Quid autem nomine dignitatis, & officiorum, quibus ingredientes pertinet, & inhabilitas sunt, & an hoc prædictio, & inhabilitas iudicis sententiam requirat; Qui-ve dicuntur ingredientes admittere, ut supradictis penitentiæ habitatione superiori pun. explicatum est.

5. Insuper Greg. XIII. in alia bullæ incipiente. *Dubius, que emeruntur, edita 23. Decemb. anno 1581. varia pœnas indicat prælati tam saecularibus, quam regularibus, qui porcellat sibi à iure attributa monialium monasteria ingredienti viuntur extra casus necessitatis, & à paucis itaque tenoribus, & religiosis personis comitati. Quod si extra casus necessitatis ingredientes, qui pontificalis dignitatis ejusmodi, prima vice Ecclesie ingressu interdictus, pro secunda à munere Pontificale, & diuinis suspendantur. Deinceps excommunicationi subiciantur. Regulares verò à prima vice omni officio, ac ministerio priuantur, eideisque excommunicationi subiacent.*

P V N G T V M II.

Qualiter accessus ad monialium monasteria sit prohibitus, & sub qua pœna?

S V M M A R I V M.

1. *Expendunt textus in cap. monasteria de vita, & beneficiis clericorum, & cap. periculoso de statu Monach. in 6.*
2. *Qui accessus in dictis decretis prohibetur, & quo frequentia.*
3. *Sub predicto accessu non venit missio litterarum.*
4. *Quibusdam religiosis, cuiusque Romanus prohibitorum ap monialibus litteras mittere.*
5. *Sub hac prohibitione non comprehendunt missio litterarum, quæ ad manes monialis non pertenerant.*
6. *Sub obligatione mortali prohibetur posse, & de facto prohibetur, quoties imponitur excommunicatione.*
7. *Per se seculas circumstantiis accessus prohibitus non est.*
8. *Spectaclo circumstantiis extrinsecis sive pœnatum mortale. Et quando contingit.*
9. *Quid dicendum de frequentia.*

1. **T**ota difficultas huius puncti versatur in explicazione Textus in cap. monasteria de vita, & beneficiis clericorum, & cap. periculoso de statu Monach. in 6. Nam in cap. monasteria expeditus Alexand. III. intendens frequenter accessum ad monialium monasteria removere, dixit: Monasteria monialium si quisquam clericus sine manifesta, & notabili causa frequentare presumperit, per Episcopum areatur, & si non desisterit, ab officio Ecclesiastice redditus immunitus, & hanc excommunicationi subdatur, & à certu fiducia fiant peccatum alieni. At Bonif. VIII. in dicto cap. periculoso non solum frequenter accessum, sed accessum ad dicta monasteria interdixit tam viris, quam feminis, ibi: Nullique aliquatenus honeste personæ, neque erit honesta, nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinet speciali licentia ingressus, & accessus patet ad eadem moniales. Ex quibus textibus constat non codem tenore Alexand. III. & Bonifac. VIII. processisse. Nam Alex. III. solum frequentiam virorum prohibuit, at Bonifac. cuiuslibet personæ sine vita, sive feminæ accessum interdixit. At Ego post monitione ab Episcopo facta cōminatur clericis à frequentia non desistebitis, suspensionem ab officio, laicis excommunicationem non qualem ipso iure lacam, sed ab Episcopo imponendam. At Bonif. nullam pœnam sua cōstitutionis transgressoris designavit.

Circa haec decreta duplex venit endoada difficultas. Prima: qui accessus, & frequenter his decretis prohibetur?

2. Quod primam difficultatem actinet, accessus prohibitus in dicto cap. periculoso est adiutor ad monialium monasteria gratia videndi, seu colloquendo cum monialibus, nam si ex alia causa illuc accedas, sub dicta prohibitione non comprehenditur: sic Nauart. *com. 4. n. 61. de regularib. & regul. 1. qq. regul. 9. 45. art. 2.* Sanch. lib. 6. *sum. c. 6. n. 11.* Suan. *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 24.* Frequentem vero accessum fentur fidelia in dicto cap. monasteria induci dubios accessus, cui fident Abbas n. 5. ibi questionem indecens relinquunt. Colmas in pragmat. ad cap. frequens § quapropter, fol. 54. Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 193. n. 18.* Sed rectius alij opotius sentiunt: si enim inter unum, & alium accessum, longum tempus interponatur nulla ratione dici potest frequentem accessum habere. Quapropter ex commun modo loquendi hæc questio decindenda est, & prudentis arbitrio relinquenda: sic docuit Nauart. *com. 4. de Regularib. num. 61. Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. 9. 45. art. 4.* Sanch. post alios antiquos

DE
ASTRI
PALA
TOM.
ETC.